Faustis nuptiarum solennitatibus

SPECTATISSIMI VIRI, Dn. REINHOLDI Niclausen/ CIVIS & MERCATORIS Stetin. Primarij, nec non Virginis

PIETATE, PUDICITIA, PROBITATE, AC ELEGANTIA

formæ præstantissimæ BARBARÆ, Dn. MATTHIÆ Fuchsen/ viri integerrimi, Reipub. Stet. Scabini dignissimi, Filiæ;

Gratulantur

Affines & amici.

STETINI Typis Kelnerianis, Anno 1611.

ACROSTICHIS,

Nuptijs, Dn.

REINHOLDI NICOLAI,

& pudicissimæ virginis

BARBARÆ FUCHSIANÆ.

R ebus in humanis divina Scientia Dux est,
B landifluo semper cujus amore vigent.
E xcidit ex capitis minimus neq́; fronte capillus,
A SUPerûm scitis hic nisi ruptus eat.
I mperio sortes JOVÆ quia perpete nostræ
R obur habent; præceps deliquiumq́; ferunt.
N UMINIS æterni sic est quoq́; prona voluntas,
B landula conjugij pangere jura sacri.
H oc pia cœlestis suadent Oracula verbi,
A uspicio quorum semina prima trahunt.
O rdine sub tali Sociam primævus Adamus
R epperit; hic serâ posteritate manet.
L ætus & Isaäcus sibi junxit amore Rebeccam,
A ntea Quam toto nesciit orbe procus,
T obiæ Saram Raphaël ita nupsit eodem
F œdere; pacificus constitit unde torus.
N unquid huic Sponso sit idem? nàm nuper in urbem
V ênit ut hanc hospes; nescius ignis erat.
I ntrat ut in vulgus; citò visitat atria templi;
C onspicit hîc Sponsam cominùs ore probam.

C ypride læſus abit, Nymphæ quærítq; parentes,
H is aperit cordis vulnera cœca ſui.
O bſervant morbum Patres, vocitantq; puellam,
S i poſſet, medicas ferret, ut, apta manus.
L ege pudicitiæ totam Rem Patribus offert
I lla; fit hinc cupido Sponſa medela proco.
A ctutũ patet hinc, quòd adhuc ſacra vincula conſtent
A' Dijs: antiquum namq. tuentur opus.
V ivite concordes; Superos ſpectate: deinceps
N UMINIS ut Voſmet cœlitùs AURA regat:
S urgat & ex vobis Soboles; Benedictio dîa
A ugeat & ſaturam divite ſorte domum.

ETEOSTICHON.

Barbara ReInhoLDo NICoLaI FVChsIa ConIVX,
ConIVgII eX IVſto IVre LIgata DatVr.

Paulus Zacharias, Reip. Stetinenſis Scabinus.

Paraphraſis Pſalmi 128.

DIxeris rectè nimium beatum
Qui timet verè Dominum ſupremum
Illius numen colit & veretur
Tempore cuncto
Hic vir eſt felix, Dominoq; carus,
Qui DEi leges tenet, illiusq;
A vijs rectis dubius nec vnquam
Jure recedit.

Quem

Quem labor nutrit manuum suarum,
Hunc DEus nunquam sinet esse mœstum.
Dona partarum satis ampla rerum
Copia fundet.
Semper ex votis cumulata cedent
Cuncta quæ tantum peragit decenter,
Ac bonis partis placidè fruetur
Tempore vitæ.
Ceu ferax vitis gravidos racemos
Explicat, sic hunc aliquando læta
In domo conjunx vario parentem
Pignore cinget.
Filij mensam teneri quietam
Palmites quales oleæ virentis
Vere succrescunt ita copioso
Agmine cingent.
En DEus tantis placida Coronat
Commodis vitæ Dominum verentes,
His dabit cunctis (velut est benignus)
Munera grata.
Ecce sic altæ Dominus Sionis
Has opes tandem tribuet beatis
Atq; longævos bonitate multa
Conferet annos.
Qui DEi credit benè se repletum
Gratia, pacem Solymæ videbit

Filios caros, seriem nepotum
Agmine longo.

M. Adam Moësler Scabinus Sed.

ALIVD.

QVos REINHOLDE tibi tacito meditatus AMORES
Hactenus es NISU, nunc RISU BARBARA blando
Exhibet, ac RITU festivo læta fruisci.
O fatum è VOTO; FATO mediante! Secundo
FOTU, fœcundo FOETU VOS Numinis aura
Alma beet, quo MENS vigeat, CORPUSq́; vagescat;
Robore MENS sano, CORPUS valetudine firmâ.
PROLE domus surgat; crescant Res SOLE benigno
Vestræ, quò vestri sic perpetuentur AMORES.

Allus. ad Nomen

BARBARA.

NE terreat te, SPONSE, nomen BARBARÆ,
Tàm Barbarum tamq́; horridum quòd
Sonet, tonet: Jucunda origo vocis est,
SYRIS notat nam FILIUM BAR;
At verò BAR-BAR duplici PAR fœnore,
PAR filiorum. Origo vocis
Hæc est, & intellectus ipse nominis,
REINHOLDE, sponso, sponse, BAR-BAR.

Ut

Ut verò NOMINI insit OMEN debitum,
Vobisq́ post menses novem BAR
Gemini creentur, officium utriusq́ id est;
Tuæq́, SPONSE, intentionis,
Tuæq́, SPONSA, retentionis; Nominis
Id poscit & ratio apta BAR-BAR.
Sed & meum subinde votum hoc postulat:
Ut nempe VOBIS JOVA donet
PAR singulis annis, favente NUMINE;
Mihiq́. Dudum idipsum anhelo:
sed!

Affinibus meis jucundissimis

M. Balth. Setzer / *P. Cor. Cæsareus.*

A L I V D.

ΡΕΙΝΟΛΔ' ἐμπορέων φῶς, ΝΙΚΟΛΑΟΙΟ μέγιστον,
Παμμάκαρ ὦ φίλε γάμβρε, ἀεὶ πολύ τ' ὄλβιος ἐσσί:
Τοῦ ἂν ἕως πελάγους, καὶ ἀρούρης δεινὰ πεπονθώς
Νίκεστρον λάβες, εἰρήνην, περιλαμπέα φερνήν,
Βελτίον' ἀργυρίου χρυσοῦ, κόρην εὐχαρίεσσαν
ΒΑΡΒΑΡΑΝ, οὔτι φύσιν, τὰ ἔπη, καὶ βάρβαρον ἦθος;
Ἀλλὰ καλοσκἀγαθῶν νικῶσαν πολλὰ γυναικῶν
Εὐσεβείῃ, ἀρετῇ, καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι.
Ἀμπέλου ὡς τοῦ καρποφόρου ἅ, υἱέσι πλείστοις
Οἰκίαν ἐκπλήσει, καματώδης οὖσα συνεργός.

Ἔιστ'

Ἔιςτ᾽ ὀδύνης πάσης λῶσι παραμύθι᾽ ἐσεῖται.
Τοὔνεκεν ἁγν᾽ ἁγνὴν προσδέχου νυμφίε Νύμφην
Ἀθανάτοιο θεοῦ παρ᾽; Επειδὴ σήμερον αὐτὸ
Ἐυνοϊκῶς σοι ἔχει. Εις Νύμφῳ χαῖρε, ἀγανῷ
Ἀνδρὶ, συνοικοῦσ᾽, ὅν ζεύγνυσ᾽ ἔυποτμος ἀνάγκη.
Ἔςε ὁμόψυχοι γλυκεῖ ἐν Φιλότητι θ᾽ ἕκητι.
Ἔυχομαι ἐκ θυμοῦ ταῦτ᾽, ὦ ζεὺς πάντα κυβερνῶν
Ἐυλόγου ἀμφοτέραισι, ὀπάζων μακρὰ βιοῦσθαι.

Johannes Gysselbrecht, S.

F I N I S.

